



Burckardus ex illustri principum familia apud Germanos natus, ob plurimas corporis & animi uirtutes dux Suevię constitutus fuit, circa annum Christi 945. Erat is inter alios principes in magna authoritate, propterea quod sub Ottone magno Imperatore res sibi commissas fidelissime exequeretur. Prima eius uxor erat Luithgarda soror S. Huldrici. ea defuncta Heduigim duxit, filiam Heinrici ducis Saxoniæ & Bauariæ, qui Ottonis magni frater extitit. Erat Heduigis Latinis & Gregoris literis optimè instituta, ita ut ab omnibus suspiceretur. residencebat in castro Duello, quod Tuiel dicitur, atq; monasteriorum S. Galli & Augiæ maioris aduocatiam administrabat. Naucler. Generat. 32, à nato Christo.